Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dialogorum sacrorum Libri Quatuor

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1565

Sortilegium

urn:nbn:de:bsz:31-102436

Visual Library

ſtituet Ioua *populum ſuũ, propter ſui nominis celebritatem, poſtquam ſemel cœpit uos ſibi populum habere.* [d] Ego *quoq; abſit ut* Iouam *offendã, aut pro uobis* [e] *ſupplicare, uoſq; decente & recta uia deducere intermittam.* Tantum Iouam *metuite, eumq; uerè & tota mente colite: uidete enim, quantam rem apud uos fecerit. Quòd ſi peccatis indulgebitis, & uos & rex ueſter peribitis.*

d Charitas
iam fontes
on temerè
deſerit.
Orare De-
n, & doce-
populū,
fficium eſt
uatis.

SENTENTIA.

Iuſti homines (qualis fuit Samuel) nemini faciunt iniuriam. Magna eſt hominum erga Deum ingratitudo, qui toties, tam fideliter à Deo defenſi, tot beneficijs cumulati, tamen hominem regem ſibi depoſcant: digni ſanè qui inclementi regi ſeruiant, quando clementem repudiant. Immenſa eſt Dei clementia, qui ſic ingratos tamen non deſerat. Multum ualent apud Deum preces iuſtorum, qui etiam alieno tempore uel pluuiam poſsint impetrare.

Deus ira-
hominũ
ccatis, eis
erdum re
onſa dene
t. quo mi
s mirandũ
, ſi eſt ho-
fames,
c eſt, penu
oraculo-
n, in tanta
ltitudine
eccatorũ.

SORTILEGIVM. 1.Reg.14.

ARGVMENTVM.

Saulus Ionathanem filium ſuum uult occidi, propter guſtatum mel contra uotũ populi. Sed populus eum prohibet occidi.

Saulus, Populus, Ionathan.

H*Vc adeſte omnes populi primates, diſpicite & conquirite,* [a] *cuius hodie culpa fiat, ut*

Deus

Deus rogãti mihi oraculũ nõ reddat. Nam Iouã ego opt.max. Iſraelitarũ cõſeruatorẽ iuro, ſi etiã Ionathã filius meus is fuerit, eũ eſſe capite pœnas daturũ. Vos totus populus conſiſtite iſtinc, ego & Ionathan cõſiſtemus altrinſecus. P. *Vt libet facito.* I. *Ioui Deus Iſraelitarum age ſeuerè. Ducantur ſortes. Atat, nos petit ſors: alter noſtrûm ſit oportet. Sortiamur.* S. *Oho Ionathan, ſors indicat te. Indica mihi quid nam feceris.* I. *Guſtaui paululũ mellis de capite huius baculi, quem in manu habebam: quod tu, inſciente me, fieri uetueras. Hoccine mihi capitale eſſe æquum eſt?* S. *Deum ego iuro, te moriturum, Ionathan.* PO. *Ergo morietur Ionathan, qui tam præclaram uictoriam pepererit Iſraelitis? Nequaquam, per Iouam immortalem: ne pilum quidem amittet, qui hodie Deum ſui facti adiutorem habuerit.*

SENTENTIA.

In hac uita unius peccatum luunt interdum multi: quia ſunt unum quaſi corpus, cuius membrorum omnium eſt tanta coniunctio atque cognatio, ut ſit eorum conſenſus tum dolorum, tum uoluptatum. Sed in altera uita, in qua punientur animæ, ſui quiſque, non alieni, peccati pœnas dabit.

OBEDIENTIA.

1.Reg.15.